(5) La ed. Nbg.; et hoc, añaden las ed. Schf. Hal. y las demás.

(6) Mariano, Marino, los mms.; Marino, las ed. Nbg. Hal.; pero véase la ley 4. C. V. 1., la ley 11. C. V. 18., y la ley 1. C. V. 19., cuya fuente es la misma que la de nuestra constitución.

(7) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl.; percepit, las ed.

(8) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.; id ex eo, Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.

(9) maternum, Cont. al margen, según algunos códices.

(10) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., las ed. Nbg. Schf. Cont. 62., y todos los mms. de Russ.; patrimonium, añaden Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.

(11) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Cont. 62.; ad, las ed. Schf. Hal. y las demás.

(12) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y la ed. Schf.; contulit, las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(13) marito, los mms. Pl. 1. Bg.

(14) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.; ad, Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.

largitate uxor fuerit consecuta, id sibi iurique suo sciat esse collatum, etiamsi ex priore matrimonio donator filios reliquisset doceatur. Ad maternas sane veniens vel ex hoc vel ex quolibet alio titulo facultates, omnis posteritas, ex quocumque suscepta viro, pro debita sibi portione, ut a matre vel spontanea largitate vel per testamentum eius fuerit collata, possideat. Nos enim hac lege id praecipue custodiendum esse decrevimus (1), ut ex quocumque coniugio suscepti filii patrum suorum sponsalicias retineant facultates.

Dat. III. Non. Novemb. Ravennae, HONORIO XIII. et THEODOSIO X. AA. Conss. (2) [422.]

5. *Imp. THEODOSIUS et VALENTINIANUS AA. FLORENTIO P. P.*—Generaliter censemus, quo (3) casu constitutiones ante hanc legem mulierem liberis communibus, morte mariti matrimonio dissoluto, quae de bonis mariti ad eam devoluta sunt, servare sanxerunt (4), iisdem casibus maritum quoque, quae de bonis mulieris ad eum devoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, communibus liberis servare, nec interesse (5), si alter pro marito donationem ante nuptias vel pro muliere dotem crediderit offerendam. Haec (6) observari praecipimus, licet res ante nuptias donatae, ut assolet fieri, in dotem a muliere redigantur. Dominium autem rerum, quae liberis per huius (7) legis vel praeteritarum constitutionum auctoritatem servantur, ad liberos pertinere decernimus. Itaque defuncto eo, qui eas liberis reservabat (8), exstantes ab omni possessore liberi vindicabunt, consumtas (9) ab heredibus eius exigent, qui eas servare debuerant (10). Alienandi sane vel obligandi suo nomine eas res, quae liberis servari praeceptae sunt, eis, qui reservaturi (11) sunt, adempta licentia est. Negotia vero liberorum patri utiliter administrare concedimus. Dividendi quoque res inter eos ipsos liberos (12) parentibus pro suo arbitrio vel eligendi, quem voluerint, licentiam non negamus (13).

§ 1.—In his autem casibus, in quibus res ut paternas mater liberis communibus servare praecepta est, hoc est ubi morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad alias nuptias venerit (14), vel ubi ut (15) maternas patrem liberis communibus servare censuimus, hoc est ubi morte mulieris matrimonio dissoluto, vir ad alias nuptias venerit, si hereditatem eius parentis, qui prior mortuus est,

ras nupcias. Pero si el segundo marido hubiere fallecido sin haber tenido hijos del mismo matrimonio, sepa la mujer que todo lo que hubiere obtenido de él por liberalidad de los esponsales, quedó transferido á ella y á su propio derecho, aunque se pruebe que el donador dejó hijos del primer matrimonio. Mas toda la descendencia habida de cualquier marido, que por éste ó por otro título cualquiera vaya á los bienes maternos, poséalos en la proporción á ella debida, según por la madre se le hubiere atribuido ó por espontánea liberalidad ó en su testamento. Porque lo que en esta ley hemos mandado para que especialmente se observe, es que los hijos habidos de cualquier matrimonio retengan los bienes esponsalicios de sus padres.

Dada en Rávena á 3 de las Nonas de Noviembre, bajo el décimo tercer consulado de HONORIO y el décimo de TEODOSIO, Augustos. [422.]

5. *Los Emperadores TEODOSIO y VALENTINIANO, Augustos, á FLORENCIO, Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, en general, que en todos los casos en que las constituciones anteriores á esta ley dispusieron que la mujer reservase para los hijos comunes, disuelto el matrimonio por muerte del marido, lo que de los bienes del marido fué á poder de ella, en estos mismos casos reserve también el marido para los hijos comunes lo que de los bienes de la mujer fué á poder de él, habiéndose disuelto el matrimonio por muerte de la mujer; y no importa si otro hubiere creído que debía ofrecer por el marido la donación de antes de las nupcias, ó la dote por la mujer. Mandamos que se observe esto, aunque las cosas dadas antes de las nupcias se agreguen, como se suele hacer, por la mujer á la dote. Pero mandamos que les pertenezca á los hijos el dominio de las cosas que por la autoridad de esta ley ó de las antiguas constituciones se reservan para los hijos. Y así, fallecido el que las reservaba para los hijos, las reivindicarán, si existen, de cualquier poseedor los hijos, y les exigirán las consumidas á los herederos de aquél, que habían debido reservarlas. Y queda denegada la facultad para enajenar ú obligar en su propio nombre estas cosas, que se les mandó reservasen para los hijos, á aquellos que las han de reservar. Pero le concedemos al padre que administre útilmente los negocios de sus hijos. Y tampoco les negamos á los padres facultad para hacer la división de los bienes entre estos mismos hijos á su arbitrio, ó para elegir al que quisieren.

§ 1.—Mas en estos casos en que se le mandó á la madre que reservase para los hijos comunes los bienes, como paternos, esto es, en los casos en que disuelto el matrimonio por muerte del marido la mujer hubiere contraído otras nupcias, ó en aquellos en que hemos mandado que el padre los reserve como maternos para los hijos comunes, esto es, cuando habiéndose disuelto el matrimonio por

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; decernimus, Russ. y los demás.*

(2) *La indicación de la fecha falta en Hal. y en Russ.*

(3) *Los mms. Pl. 1. Bg., Nov. Theod.; quo, el ms. Gl.; quocumque, el ms. Pl. 2., y las ed.*

(4) *sanxerat, Nov. Theod.; sanxerint, el ms. Pl. 1.*

(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., todos los mms. de Russ. y Cont. 62.; interest, las demás ed.; servare censemus nec interesse volumus, Nov. Theod.*

(6) *Los mms. Pl. 1. Bg., Nov. Theod.; Hoc, el ms. Pl. 2., y las ed.*

(7) *huiusmodi, los mms. Pl. 2. Bg. Gl., y la ed. Schf.*

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., la ed. Schf., y el Nov. Theod.; servabat, las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Hal., y el Nov. Theod.; vero, insertan Russ. y los demás.*

(10) *debuerat, los mms. Pl. 1. Bg., las ed. Nbg. Schf. Cont. 76., y Hal. en el texto.*

(11) *res servaturi, el ms. Pl. 1.; servaturi, el ms. Pl. 2., y el ms. Bg. antes de la corrección.*

(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y el Nov. Theod.; inter eos liberos ipsis, las ed.*

(13) *El ms. Pl. 1., Cont. 62., y el Nov. Theod.; denegamus, los demás mms. y ed.*

(14) *Los mms. Pl. 2. Gl., el ms. Pl. 1. después de la corrección, y Cont. 62.; venit, Nov. Theod.; pervenerit, el ms. Bg., y las demás ed.*

(15) *Los mms. Pl. 1. Bg. antes de la corrección, y el Nov. Theod.; ut, falta en el ms. Pl. 2.; ubi ut res, la ed. Schf.; ubi res ut, las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

non adierint liberi, licebit eis, tanquam eius tantum res fuerint, qui posterior moritur (1), eas sibi vindicare, scilicet si vel (2) eius, qui posterior moritur, hereditatem crediderint adeundam, ne, quod favore liberorum inductum est, quibusdam casibus ad laesionem eorum videatur inventum.

AUTHENT. de nuptiis. § Si vero exspectet. et § Quoniam autem. et § Solutio. (Nov. 22. c. 23. 26. et 20.)—Hae res lucro cedunt liberis, licet heredes non sint patris aut matris aut utriusque, nisi fuerint ingrati, et probetur ingratitudo (3).

§ 2.—Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inserendum, ut eo quoque casu, quo lucratur vel mulier res, quae ad eam a marito perveniunt, vel maritus eas, quae ex bonis mulieris ad eum transeunt, hoc est ubi primum matrimonium alterius morte dissolvitur, nec superstes ad secundas nuptias venit (4), si res vel maritus vel uxor, hoc est qui superstes est, non consumserit vel alienaverit (quod eis ad secundas nuptias non venientibus, quasi rerum dominis, concessum esse non dubium est), liberis liceat res a patre profectas ut paternas, a matre ut maternas accipere.

Dat. VII. Id. Septemb. Constantinop. THEODOSIO A. XVII. (5) et FESTO (6) Cons. (7) [439.]

AUTHENT. neque virum, quod ex dote. § Propterea igitur. (Nov. 98. c. 1.)—Uxore mortua, quod vir ex dote lucratur, filiis communibus omnimodo reservatur quantum ad proprietatem, usufructu patri concessio. Idem est ex parte mulieris, si lucretur ex sponsalitia largitate. Item (8) si aliter matrimonium solvatur, super iisdem lucris loquitur haec eadem constitutio (9).

AUTHENT. ut fratrum filii. § Quia vero mulieres. (Nov. 127. c. 3.)—Si tamen abstineat mater a secundis nuptiis, habebit et ipsa proprietatis portionem pro numero liberorum. Idem in patre obtinet, et in omnibus ascendentibus a secundis nuptiis abstinentibus (10).

6. Impp. LEO et ANTHEMIUS AA. ERYTHRIO P. P.—Hac edictali lege in perpetuum valitura sancimus, si, ex priore matrimonio procreatis liberis, pater materve ad secunda vel tertia aut ulterius repetiti matrimonii vota migraverit, non sit ei licitum novercae seu (11) vitrico testamento, vel

muerte de la mujer el marido hubiere contraído otras nupcias, si los hijos no hubieren adido la herencia de su padre ó madre, que falleció primero, les será lícito reivindicarlas para sí, como si las cosas hubieren sido solamente del último que muere, por supuesto, si hubieren creído que debían adir la herencia del último que muere, á fin de que lo que se introdujo en favor de los hijos no se considere establecido en algunos casos en perjuicio de los mismos.

AUTÉNTICA de nuptiis. § Si vero exspectet. y § Quoniam autem. y § Solutio. (Nov. 22. c. 23. 26. y 20.)—Estos bienes ceden en beneficio de los hijos, aunque no sean herederos del padre ó de la madre, ó ni de uno ni de otro, salvo si hubieren sido ingratos, y se probase la ingratitud.

§ 2.—También hemos creído que debíamos insertar en esta ley, para conocimiento de los hombres, que también en cualquier caso en que ó la mujer se lucra con bienes que de su marido van á poder de ella, ó el marido con los que pasan á su poder de los bienes de la mujer, esto es, cuando el primer matrimonio se disuelve por muerte de uno ú otro, y el sobreviviente no pasa á segundas nupcias, si el marido ó la mujer, esto es, el que sobrevive, no hubiere consumido ó enajenado los bienes (lo que no yendo ellos á segundas nupcias no hay duda que les está permitido, como á dueños de los bienes), les sea lícito á los hijos adquirir como paternos los bienes provenientes del padre, y como maternos los de la madre.

Dada en Constantinopla á 7 de los Idus de Septiembre, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

AUTÉNTICA neque virum, quod ex dote. § Propterea igitur. (Nov. 98. c. 1.)—Muerta la mujer, se les reserva en todos los casos á los hijos comunes, en cuanto á la propiedad, aquello con que el marido se lucra por virtud de la dote, quedándole concedido al padre el usufruto. Lo mismo es por parte de la mujer, si se lucrara con la liberalidad sponsalicia. De igual modo habla esta misma constitución sobre los mismos provechos, si de otra suerte se disolviese el matrimonio.

AUTÉNTICA ut fratrum filii. § Quia vero mulieres. (Nov. 127. c. 7.)—Mas si la mujer se abstuviese de segundas nupcias, también ella tendrá una porción de la propiedad con arreglo al número de hijos. Lo mismo tiene lugar respecto al padre, y á todos los ascendientes que se abstienen de segundas nupcias.

6. Los Emperadores LEÓN y ANTEMIO, Augustos, á ERITRIO, Prefecto del Pretorio.—Mandamos por esta ley edicto, perpétuamente valedera, que si, procreados hijos del primer matrimonio, el padre ó la madre hubiere pasado á segundas ó terceras ó posteriores nupcias, no le sea lícito dejarle á la ma-

(1) qui posterior mor., faltan en el Nov. Theod.

(2) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y el Nov. Theod.; vel, falta en las ed.; idem, después de si, inserta la ed. Schf.

(3) et prob. ingrat., faltan en la ed. Schf.; nisi fuerint—ingratitudo, faltan en los mms. Pl. 1. Bg.

(4) Los mms. Pl. 2. Bg., Cont. 62., y el Nov. Theod.; venerit, los mms. Pl. 1. Bg.; pervenit, las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(5) XVIII., Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. contra el Nov. Theod. y la Chronolog.

(6) V. C., añadido el Nov. Theod.

(7) La indicación de la fecha falta en Hal. Russ., y fué restablecida primeramente por Russ. al margen, tomándola de la ley 3. C. VI. 61.

(8) Idemque, las ed. Schf. Hal. Russ., lo que parece más acertado.

(9) super iisd.—constit., faltan en Hal. Russ.

(10) a secund. nupt. abstinn., faltan en los mms. Pl. 1. Bg., y en la ed. Nbg.

(11) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl.; vel, las ed.

sine scriptura, seu codicillis, hereditatisve (1) iure, sive legati vel (2) fideicommissi titulo plus derelinquere (3), nec dotis aut ante nuptias donationis nomine, seu mortis causa habita donatione conferre, nec inter vivos conscribendis donationibus (quae, etsi constante matrimonio civili iure interdictae sint, morte tamen donatoris ex certis causis confirmari solent), quam filio vel filiae, si unus vel una extiterit. Quodsi plures liberi fuerint, singulis aequas partes habentibus, minime plus, quam ad unumquemque eorum pervenerit, ad eorum liceat vitricum novercamve transferri. Sin vero (4) non (5) aequis portionibus ad eosdem liberos memoratae (6) transierint facultates, tunc quoque non liceat plus eorum novercae vel vitrico testamento (7) relinquere vel donare, seu dotis vel ante nuptias donationis titulo conferre, quam filius vel filia habet, cui minor portio ultima voluntate derelicta vel data fuerit aut donata, ita tamen, ut quarta pars, quae eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuat, nisi ex his causis, quae de inofficioso excludunt querelas (8). Quam observationem in personis etiam avi vel aviae, proavi et proaviae, nepotum vel neptium, item pronepotum et proneptium, sive in potestate sive emancipati emancipatae sint, ex paterna vel materna linea venientibus, custodiri censemus. Sin vero plus, quam statutum est, aliquid novercae vel vitrico relictum vel donatum aut datum fuerit, id quod plus relictum vel donatum aut datum fuerit, tanquam non scriptum neque derelictum vel donatum aut datum sit, ad personas deferri liberorum, et inter eas dividi iubemus; omni circumscriptione, si qua per interpositam personam vel alio quocunque modo fuerit excogitata, cessante.

§ 1.—His illud adiungimus, ut mulier in his casibus (9), in quibus ante nuptias donationes, ceteras etiam res a marito ad se devolutas, secundum priorum legum statuta liberis communibus ut paternas servare compellitur, hoc est ubi morte mariti matrimonio dissoluto ad alias nuptias venerit, immobilium rerum et mancipiorum annonarum quoque civilium usufructu duntaxat vitae suae temporibus potiat, alienatione earum penitus interdicta. Mobilium vero rerum, iusti pretii (10) aestimatione habita per eos, quos utraque pars elegerit, arbitros iudicatos interposito sacramento, simili modo usufructum habeat, si idoneam fideiussionem praebuerit, quod easdem res mobiles vel earum pretium filiis et filiabus ex eodem matrimonio procreatis, vel post mortem eorum nepotibus et neptibus ex eisdem liberis procreatis, sive (11) omnibus vel (12) uno unave superstitute mori contigerit, secundum legum modum restituat. Vel certe si fideiussiones idoneas prae-

drastra ó al padraastro, por testamento, ó sin escritura, ó en codicilos, ó por derecho de herencia, ó á título de legado ó de fideicomiso, ni conferirle á nombre de dote ó de donación de antes de las nupcias, ó por donación hecha por causa de muerte, ni por donaciones que se hayan de otorgar entre vivos (las cuales, aunque por derecho civil hayan sido prohibidas durante el matrimonio, se suelen, sin embargo, confirmar por ciertas causas á la muerte del donante), nada más que á un hijo ó á una hija, si solamente uno ó una existiere. Pero si hubiere varios hijos, teniendo todos iguales partes, no sea lícito transferir en manera alguna al padraastro ó á la madrastra de los mismos más de lo que hubiere ido á poder de cada uno de aquellos. Mas si los mencionados bienes hubieren pasado á los mismos hijos no por partes iguales, en este caso tampoco sea lícito dejarle por testamento á la madrastra ó al padraastro, ó donarle, ó conferirle á título de dote ó de donación antes de las nupcias, más de lo que tiene el hijo ó la hija, á quien menor porción se le hubiere dejado por última voluntad, ó dado, ó donado, pero de suerte que de ningún modo se disminuya, sino por las causas que excluyen las querellas de testamento inoficioso, la cuarta parte que á los mismos hijos se les debe por las leyes. Cuya observancia mandamos que se guarde también respecto á las personas del abuelo ó de la abuela, del bisabuelo ó de la bisabuela, de los nietos ó de las nietas, y también de los biznietos ó de las biznietas, ya estuviesen bajo potestad, ya emancipados ó emancipadas, provenientes de la línea paterna ó materna. Mas si á la madrastra ó al padraastro se le hubiere dejado ó donado ó dado algo más de lo que se halla establecido, mandamos que lo que de más se hubiere dejado ó donado ó dado, se adjudique á las personas de los hijos y entre ellas se divida, como si no hubiere sido escrito ni dejado ó donado ó dado; quedando sin efecto todo fraude, si alguno se hubiere imaginado cometer por medio de interpuesta persona ó de otro cualquier modo.

§ 1.—A lo cual añadimos esto, que la mujer, en los casos en que es compelida á reservar como paternos para los hijos comunes, conforme á las disposiciones de las anteriores leyes, las donaciones de antes de las nupcias, y también los demás bienes que á ella se le entregaron por el marido, esto es, cuando disuelto el matrimonio por muerte del marido hubiere convocado á otras nupcias, disfrute sólo durante el tiempo de su vida de los bienes inmuebles y de los esclavos y también del usufructo de las annonas civiles, quedando absolutamente prohibida su enajenación. Tenga de igual modo el usufructo de los bienes muebles, hecha la estimación de su justo precio por los que ambas partes hubieren elegido, cuyos árbitros habrán de juzgar habiendo interpuesto juramento, si diere fianza idónea de que en la forma de las leyes restituirá los mismos bienes muebles ó su precio á los hijos ó hijas procreados del mismo matrimonio, ó después de la muerte de éstos á los nietos y nietas

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; hereditatis, las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf.; sive, las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; relinquere, las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.; autem, las ed. Schf. Russ. y las demás.*

(5) *ex, inserta el ms. Pl. 1., y las ed. Schf. Cont. 62.*

(6) *memorati, la ed. Nbg., y Hal. en el texto; commemoratae, Russ. Cont. 62.; memoratis modis, los mms. Pl. 1. 2., la ed. Schf., y Hal. en la nota.*

(7) *testanti, los mms. Bg. Gt.; testantom, el ms. Pl. 1.*

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; querelam, las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(9) *causis, las ed. Nbg. Hal.*

(10) *Los mms. Pl. 2. Bg., y las ed. Schf. Cont. 62. Bk.; iustis pretiis, el ms. Pl. 1., las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(11) *ei eam, el ms. Pl. 1., y la ed. Nbg.; eam, inserta después de omnib., el ms. Gt., y después de superstitute, el ms. Bg., y después de mori, Bk.*

(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; sive, Russ. y los demás.*

stare distulerit aut nequiverit, praedictae res mobiles nondum matri a liberis traditae apud eosdem manebunt; solutae vero eidem matri vel ab eadem detentae restituentur liberis, si tamen ab his fideiussio idonea matri fuerit oblata, qua caveri debet, quod eidem superstiti pro usufructu earundem rerum mobilium vel pretio, quo taxatae sunt, usurarum nomine centesimae partem tertiam annuis quibusque (1) temporibus praestare non differant (2), ita (3) ut in eadem fideiussione hoc quoque caveatur, quod a filiis filiabusque (4) vel ex his genitis (5) liberis, si ante eandem matrem omnes eos (6) obire contigerit, omnes res praedictae mobiles secundum legum moderationem matri, ut ad eandem lucrum redeat luctuosum, restituentur (7). Erit itaque licitum utrilibet parti, quae fideiussionem praebuerit, si sibi commodum esse perspexerit (8), his rebus mobilibus uti frui, easdemque dare mutuo vel (9) obligare vel vendere, ut ex his maxime liberi acquirentes possint materno affectui sine suo incommodo servire (10). Sin autem utraque pars praedictam fideiussionem dissimulaverit, aut forte offerre (11) nequiverit, eadem res apud mulierem usque in diem vitae suae manebunt.

AUTHENT. de non eligendo sec. nub. § Aliud. (Nov. 2. c. 4.) et AUTHENT. de nuptiis. § Et quia parum. (Nov. 22. c. 45.)—Sed si aurum fuerit in donatione propter nuptias scriptum, cautio usurarum exponitur, non autem aurum exigitur, nisi forte viri substantia habeat (12) aurum et cetera, quae scripta fuere.

§ 2.—Omnibus videlicet iisdem maritalibus facultatibus, his etiam, quas habet habiturave est, tanquam si iure pignoris vel hypothecae suppositae sint, super eadem ante nuptias donatione vel rebus aliis ad eam ex mariti substantia devolutis ex eo die, quo eadem res ad eam pervenerint, liberis obligatis, ut, si quis (13) post traditas matri vel detentas ab ea res (si ita contigerit) contractum aliquem cum eadem muliere inierit, quae se repetitis nuptiis copulaverit, in vindicandis iisdem suppositis rebus posterior habeatur (14), liberis, qui ex eodem matrimonio procreati sunt, et nepotibus neptibusque, qui ex iisdem liberis geniti sunt, sine dubio praeponendis.

§ 3.—Sin vero liberorum suorum affectione ser-

(1) Los mms. Pl. 1. Gt., Hal. Russ. Cont. 62. Bk.; quibuscunque, los mms. Pl. 2. Bg., y las demás ed.

(2) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.; different, Cont. 66. y las demás.

(3) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.; tamen, inserta Russ. Cont. 66. y las demás.

(4) Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.; filiabus, el ms. Pl. 2.; filiabusve, Russ. y las demás.

(5) Los mms. Pl. 1. Bg., y las ed. Schf. Cont. 62.; progenitis, el ms. Pl. 2., las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(6) eos, falta en los mms. Pl. 1. Gt., y con razón.

(7) Los mms. Pl. 1. 2. Gt., Hal. Bk.; restituantur, el ms. Bg. según corrección, y las demás ed.

procreados de los mismos hijos, ya aconteciere que muriese sobreviviendo todos, ya que sobreviviendo solamente uno ó una. Pero á la verdad, si difiriere ó no pudiere prestar fianzas idóneas, permanecerán en poder de los mismos los mencionados bienes muebles, que aun no le hubieren sido entregados á la madre por los hijos; pero los entregados á la misma madre ó los detentados por ella se les restituirán á los hijos, si, no obstante, por éstos se le hubiere ofrecido á la madre fianza idónea, con la cual se debe asegurar que no diferirán entregarle á ella mientras viva por razón del usufructo de los mismos bienes muebles, ó del precio en que fueron tasados, la tercera parte del uno por ciento mensual cada año á título de intereses, de suerte que en esta misma fianza se garantice también esto, que por los hijos é hijas, ó por los descendientes nacidos de ellos, si aconteciere que todos ellos fallecieran antes que la misma madre, se le restituirán á la madre, conforme á la disposición de las leyes, todos los mencionados bienes muebles, á fin de que á la misma vuelva el lucro luctuoso. Así, pues, le será lícito á cualquiera de las partes, que hubiere prestado la fianza, si viere que le era útil usufructuar estos bienes muebles, y darlos en mutuo, ú obligarlos ó venderlos, para que adquiriéndolos los hijos puedan mostrarse principalmente con ellos sin quebranto propio deferentes al maternal afecto. Pero si una y otra parte prescindieren de la mencionada fianza, ó si acaso no pudieren ofrecerla, quedarán los mismos bienes en poder de la mujer hasta el término de su vida.

AUTÉNTICA de non eligendo sec. nub. § Aliud. (Nov. 2. c. 4.) y AUTÉNTICA de nuptiis. § Et quia parum. (Nov. 22. c. 45.)—Pero si en la donación por causa de nupcias se hubiere escrito una cantidad de dinero, se presta la caución de los intereses, mas no se exige la cantidad, salvo si en los bienes del marido hubiera el dinero y las demás cosas que se escribieron.

§ 2.—Quedando, por supuesto, obligados á favor de los hijos todos los mismos bienes del marido, y también los que ella tiene ó ha de tener, como si hubieran sido afectos al derecho de prenda ó de hipoteca, sobre la misma donación de antes de las nupcias ó las demás cosas que á ella le fueron entregadas de los bienes del marido desde el día en que estas mismas cosas hubieren ido á poder de ella, de suerte que, si después de entregadas las cosas á la madre ó de detentadas por ella, (si así aconteciere), hubiere alguien celebrado algún contrato con la misma mujer que se hubiere unido en segundas nupcias, sea considerado posterior para la reivindicación de las mismas cosas gravadas, debiendo ser preferidos, sin duda, los hijos que fueron procreados del mismo matrimonio, y los nietos y las nietas que nacieron de los mismos hijos.

§ 3.—Mas si habiendo conservado la afeción á

(8) prospexerit, los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.

(9) dare vel mutuo, los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.; dare mutuoque, la ed. Nbg., cuyas lecturas convienen mejor con la glosa de este título.

(10) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Cont. 62.; deservire, las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(11) offerre, el ms. Pl. 1.; auferre, Russ. al margen.

(12) sit habens, los mms. Pl. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.

(13) si qui, y después inierint, el ms. Bg., y la ed. Nbg.

(14) Los mms. Pl. 1. 2. Gt.; posteriores habeantur, el ms. Bg., y las ed. Véase la nota anterior.

vata pater materve ad alias nuptias migrare non rit, neque vir his, quae de bonis uxoris ad se transeunt, neque mulier rebus, quae ex substantia mariti ad se pervenerint (1), pro suo arbitrio uti, vel eas vendere, aut quocumque iure vel modo alienare, vel pignoris iure seu hypothecae (si voluerint) obligare, utpote domini earum, prohibebuntur. Exstantes autem praedictas res, si non fuerint alienatae vel consumptae vel suppositae, licebit liberis vindicare, etiam non adeuntibus hereditatem parentum.

Dat. II. Kal. Mart. MARCIANO et ZENONE
Conss. [469.]

7. *Imp. ZENO A. SEBASTIANO P. P.*—In quibus casibus pater dotem, mater ante nuptias donationem, vel alias res ad se ex altera parte devolutas filiis utriusque sexus servare praecepti sunt, si quem ex filiis vel filiabus ante patris vel matris obitum mori contigerit, sive ante secundas nuptias sive postea, filio vel filia vel nepte aut nepote (2) vel pluribus, patre suo adhuc vivo vel matre superstita, derelictis, portionem, quae defuncto filio vel filiae debebatur, vel lucrum ex ea non ad fratres vel sorores mortui, sed ad filios eius vel filias vel nepotes utriusque sexus aut pronepotes, avis vel proavis superstitibus, pervenire decernimus; eligendi videlicet, quos voluerint, ex liberis superstitibus non adempta licentia.

Dat. Kal. Mart. ILLO (3) V. C. Cons. [478.]

8. *Imp. IUSTINIANUS A. MENNAE P. P.*—Si quis prioris matrimonii filiorum ante secundas nuptias patris vel matris mortuus fuerit, filiis a se vel nepotibus vel pronepotibus (4) relictis, partem eius non ad fratres vel, si nullus alius frater vel soror sit, ad (5) patrem vel matrem (6) eius pervenire, sed ad filios vel nepotes vel pronepotes eiusdem mortuae personae sancimus, ut, sive unus sive plures sint, eam tantummodo partem vindicare possint, quae mortuo competiit.

§ 1.—Illud etiam certa sanctione definire censemus (7), ut si quis vel si qua, ex aliquo (8) matrimonio filiis procreatis, minime ad secundas nuptias venerit, ut eo (9) modo liceat quidem genitori (10) res ex priore coniugio sibi acquisitas, quo modo (11) voluerit, alienare vel administrare; si quae vero earum minime sint alienatae, possint (12) liberi, etiam non adeuntis paternam vel maternam hereditatem, eas vindicare.

§ 2.—Certum esse sancimus (13), quod etiam illa

sus hijos no hubiere querido el padre ó la madre pasar á otras nupcias, no se prohibirá ni que el marido, de los bienes que de su mujer pasan á su poder, ni que la mujer, de las cosas que de los bienes del marido hubieren ido á poder de ella, usen á su arbitrio, ó las vendan, ó con cualquier derecho ó de cualquier modo las enajenen, ó las obliguen (si quisieren), como dueños de las mismas, por derecho de prenda ó de hipoteca. Pero les será lícito á los hijos reivindicar, aunque no adieren la herencia de sus padres, los mencionados bienes que existan, si no hubieren sido enajenados ó consumidos ú obligados.

Dada á 2 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de MARCIANO y de ZENÓN. [469.]

7. *El Emperador ZENÓN, Augusto, á SEBASTIÁN, Prefecto del Pretorio.*—En los casos en que se ha mandado que el padre reserve para los hijos de ambos sexos la dote, ó la madre la donación de antes de las nupcias, ó los demás bienes que á ellos fueron de la otra parte, si aconteciere que alguno de los hijos ó de las hijas muere antes del fallecimiento del padre ó de la madre, ya antes de las segundas nupcias, ya después, habiendo quedado un hijo ó una hija, ó una nieta ó un nieto, ó más, sobreviviendo todavía su padre ó su madre, mandamos que la porción que se debía al hijo fallecido, ó á la hija, ó el lucro de ella, vaya no á los hermanos ó á las hermanas del difunto, sino á sus hijos ó hijas ó nietos de ambos sexos, ó á los biznietos, sobreviviendo los abuelos ó los bisabuelos; no quedando revocada, por supuesto, la facultad para elegir entre los hijos sobrevivientes los que quisieren.

Dada las Calendas de Marzo, bajo el consulado de ILO, varón esclarecido. [478.]

8. *El Emperador JUSTINIANO, Augusto, á MENNA, Prefecto del Pretorio.*—Si alguno de los hijos del primer matrimonio hubiere muerto antes de las segundas nupcias del padre ó de la madre, habiendo quedado de él hijos ó nietos ó biznietos, mandamos que su parte no vaya á poder de los hermanos, ó, si no hubiera otro hermano ó hermana, al de su padre ó madre, sino á poder de los hijos ó nietos ó biznietos de la misma persona fallecida, de suerte que, ya si fuera uno solo, ya si muchos, puedan reivindicar solamente aquella parte que le competió al difunto.

§ 1.—Hemos creído comprender también esto en disposición cierta: que si alguno ó alguna, habiendo hijos procreados de algún matrimonio, no hubiere de ninguna manera convocado á segundas nupcias, le sea ciertamente lícito al padre ó á la madre enajenar ó administrar del modo que hubiere querido los bienes para él ó para ella adquiridos del primer matrimonio; pero que si algunos de ellos no hubieran sido de ningún modo enajenados, puedan reivindicarlos los hijos, aun no adiendo la herencia del padre ó de la madre.

§ 2.—Mandamos que sea válida también la ena-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf.; pervenerunt, Hal. y los demás.*

(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.; vel nepote aut nepte, Hal.; nepote aut nepte, las ed. Nbg. Russ. Cont. 62.; nepote vel nepte, Cont. 66. y los demás.*

(3) *Bk.; Illo, Hal. y los demás.*

(4) *vel pronepot., faltan en las ed. Nbg. Hal.*

(5) *non ad, el ms. Pl. 2., y las ed. Schf. Nbg.*

(6) *vel matrem, faltan en la ed. Nbg., y en Hal. en el texto.*

(7) *sancimus, el ms. Pl. 1.*

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y la ed. Schf.; alio, las ed. Nbg. Hal. y los demás.*

(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y la ed. Schf.; eodem, omitiendo ut, las ed. Nbg. Hal. y los demás.*

(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Schf. Hal. Cont. 62.; vel genitrici, añaden las ed. Nbg. Russ. Cont. 66. y los demás.*

(11) *quoquo modo, el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.*

(12) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Bk.; possunt, el ms. Pl. 1., Chur. Pac. Sp.*

(13) *Ceterum sancimus, Hal. Russ. Cont. 62. Bk.*

de cetero videbitur earundem fuisse rerum alienatio, quae in testamento genitoris (1), vel specialiter relinquendo vel generaliter heredem instituendo, facta sit.

AUTHENT. de nuptiis. § Deinceps. (Nov. 22. c. 10.)
—Nunc autem, nisi expressim transponat in alios, praesumitur ipsis conservare talia lucra.

§ 3.—Talem vero licentiam [datam (2)] filiis, ut etiam non adeuntes paternam vel maternam hereditatem lucra vindicarent, quae parens eorum ex matrimonio, quod secundo toro minime mutavit, sibi acquisita non alienavit, nullo modo eis concedimus, si paternam vel maternam hereditatem ab intestato ex parte (si forte alii etiam ex anteriore matrimonio morienti parenti filii sint (3)) sibi acquisierint.

§ 4.—In illo etiam veterem sanctionem adimplentes praecipimus, exemplo matris, cuius res post secundas nuptias filiis ex priore matrimonio natis (4) suppositae sunt ad conservanda eis lucra, quae ex priore marito (5) ad eam pervenerunt, patris quoque bona, quae habet habiturusque est, filiis ex priore matrimonio natis post secundas eius nuptias ad ea conservanda, quae ex eorum matre lucratus est, supposita esse.

§ 5.—Illius etiam patris, qui, in sua potestate (6) liberum vel liberos habens, maternam eis substantiam vel ex materna linea ad eos devolutam servare compellitur, bona iisdem liberis supposita esse ad conservandas easdem maternas res decernimus; ita tamen, ut occasione talium hypothecarum neque patris neque matris administrationem filii valeant perscrutari, vel aliquam eis movere super hoc quaestionem, quum perspicui sit iuris, etiamsi alienata sint (7) eorum bona, quae extra memorata lucra vel maternas res sunt, ius hypothecae integrum iisdem manere filiis.

Dat. III. Id. Decemb. Dn. IUSTINIANO A. II. Cons. [528.]

9. *Idem A. MENNAE P. P.*—Quoniam praeteritae leges omnia, quae, liberis ex priore matrimonio procreatis, mulier quidem secundo marito, vir autem secundae uxori dotis vel ante nuptias donationis nomine vel alio quocunque modo dederit vel reliquerit, his ampliora, quae uni filio vel filiae ex anteriore matrimonio progenitis danda vel relinquenda sunt, revocata ad solos filios (8) ex priore (9) matrimonio natos pervenire constituerunt,

(1) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal.; vel genitricis, insertan las ed. Nbg. Russ. y las demás.

(2) datam, omiten los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Hal. Cont. 62.; y parece que así esta palabra como la siguiente eis después de modo se han de suprimir, ó que eis se debe substituir por esse.

(3) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; sunt, Russ. y los demás.

(4) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal. Cont. 62. Bk.; in hypotheca, insertan las ed. Schf. Russ. Cont. 66. y las demás.

jenación que en lo sucesivo se viere que se hizo de los mismos bienes, y que haya sido hecha en el testamento del padre ó de la madre, ó especialmente dejándolos, ó generalmente instituyendo herederos.

AUTÉNTICA de nuptiis. § Deinceps. (Nov. 22. c. 10.)
—Pero en la actualidad se presume que conserva tales lucros para los mismos, si expresamente no los transmitiera á otros.

§ 3.—Mas esta licencia dada á los hijos, para que, aun no adiendo la herencia paterna ó materna, reivindiquen los lucros que el padre ó la madre de los mismos no enajenó, habiéndolos adquirido para sí de matrimonio que en manera ninguna alteró con segundas nupcias, no se la concedemos de ningún modo á aquellos, si abintestato hubieren adquirido para sí en parte la herencia paterna ó materna (si acaso el padre ó la madre que muriesen tuviera también otros hijos de anterior matrimonio.)

§ 4.—Completando también en esto la antigua disposición, mandamos que, á la manera que respecto de la madre, cuyos bienes quedaron obligados después de las segundas nupcias á favor de los hijos nacidos del primer matrimonio para conservarles los lucros que por virtud del primer marido pasaron á ella, también los bienes que el padre tiene, ó ha de tener, queden obligados después de sus segundas nupcias á favor de los hijos nacidos de su primer matrimonio para conservarles los lucros que obtuvo por razón de la madre de ellos.

§ 5.—Mandamos que también los bienes del padre, que teniendo bajo su potestad uno ó más hijos es compelido á reservarles los bienes maternos ó los restituidos á ellos por parte de la linea materna, queden obligados á favor de los mismos hijos para conservarles los mismos bienes maternos; pero de suerte, que con ocasión de tales hipotecas no puedan los hijos, investigar ni la administración del padre ni la de la madre, ó promoverles cuestión alguna sobre esto, porque es de derecho evidente que, aun cuando hayan sido enajenados los bienes de aquéllos, que son aparte de los mencionados lucros ó de los bienes maternos, les queda íntegro á los mismos hijos el derecho de hipoteca.

Dada á 3 de los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado del señor JUSTINIANO, Augusto. [528.]

9. *El mismo Augusto á MENNA, Prefecto del Pretorio.*—Como las anteriores leyes establecieron que todo lo que, habiendo hijos procreados del primer matrimonio, la mujer le hubiere dado ó dejado á su segundo marido, ó el marido á su segunda mujer, á título de dote ó de donación de antes de las nupcias ó de otro cualquier modo, revocado en cuanto excede á lo que se ha de dar ó dejar á un solo hijo ó á una hija habidos del anterior matri-

(5) Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., Russ. Cont. al margen; matrimonio, el ms. Pl. 2., y las ed.

(6) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; talem, insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(7) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; fuerint, las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(8) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Cont. 62.; vel filias, añaden las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(9) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y Cont., y la ed. Schf.; anteriore, las ed. Nbg. Hal. y las demás.

nullaque in hac parte filiorum ex secundo matrimonio natorum mentio facta est, hoc quoque corrigentes, omnia, quae memorato modo revocantur, non solum ad filios prioris matrimonii, sed etiam ad eos, qui ex secundis nuptiis nati fuerint, pertinere, et in capita inter omnes dividi (1) sancimus.

§ 1.—Ad haec, lucra, quae marito vel uxori ex dote vel ante nuptias donatione occasione repudii accedunt, indistincte post secundas eorum nuptias liberis ex priore coniugio procreatis ad similitudinem matrimonii morte dissoluti servari, nec de cetero repudii causam requiri, vel aliam in ea re (2) exquisitionem (3) fieri.

Dat. Id. April. Constantinop. DECIO V. C. Cons. [529.]

AUTHENT. de nuptiis. § Optime. (Nov. 22. c. 27.)—Ad eos solos etiam nunc pertinet; et si quis ex iis praemoritur relicta sobole, portio eius ad eam defertur.

(11) *Tatuliae, Talyline, algunos mms.; Statuae, la ed. Nbg.; et Statuae, añaden Russ. y después los demás, contra los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Hal. Véase la nota siguiente.*

(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Hal.; intelligas, la ed. Schf.; intelligit, Russ. y los demás; pero νοεῖς, el Schol. Bus. τῷ κατὰ πόδα.*

lam firmitatem iuris dationem (1) habere, si neque pollicitatio neque stipulatio intercessit.

Dat. (2) prid. Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293—304.]

14. *Idem AA. et CC. BASILISSAE.*—Mater (3) pro filia dotem dare non cogitur, nisi ex magna et probabili causa vel (4) lege specialiter expressa; pater autem (5) de bonis uxoris suae invitae nullam (6) dandi habet facultatem.

Dat. Non. (7) Novemb. Philippopoli, AA. Conss. [293—304.]

15. *Idem AA. et CC. ULPIANO* (8).—Quum citra fidem etiam instrumentorum datam dotem aliunde probanti post divortium quondam uxoris (9) secundum bonam fidem restitui debere constet, amissis etiam instrumentis sine dubio cetera probationum indicia iure prodita non habentur irrita.

Dat. VIII. Kal. August. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

16. *Idem AA. et CC. AEMILIO.*—Ante divisionem soror tua intestato patri etiam ipsa succedens pro indiviso portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur.

Dat. Non. Iul. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

17. *Idem AA. et CC. SABINO.*—Res, quarum (10) usufructu sibi deducto socrus in dotem dedit, venundando auferre tibi nihil (11) potest.

Dat. Non. Iul. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

18. *Idem AA. et CC. MENESTRATO.*—Si socrus tua fundum deducto usufructu uxori tuae donavit, tibi que in dotem uxor quidem proprietatem, socrus autem usumfructum dedit, uxore tua rebus humanis in matrimonio exempta, fundum apud te remansisse secundum placiti inter vos fidem, non ambigitur. Nam si, acceptura certum quid annuum, filiae suae usumfructum locavit, mortua conductrice usufructus extinguí minime potuit.

Dat. XIV. (13) Kal. Ian. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

19. *Idem AA. et CC. ACHILLI.*—Quum patrem pro filia dotem tibi dantem, si post mortem suam in matrimonio constituta rebus humanis eadem eximatur, partem dimidiam dotis Amniae reddi pactum proponas, post vero, testamento facto,

cosa que os pertenecía, ten entendido que no tiene firmeza alguna de derecho la dación, si no medió ofrecimiento ni estipulación.

Dada en Heraclia á 1 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

14. *Los mismos Augustos y Césares á BASILISA.*—La madre no es obligada á dar dote por la hija, sino en virtud de causa grande y plausible ó especialmente expresada en la ley; mas el padre no tiene facultad alguna para darla de los bienes de su mujer contra la voluntad de ella.

Dada en Filipópolis las Nonas de Noviembre, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

15. *Los mismos Augustos y Césares á ULPIANO.*—Puesto que consta que se le debe restituir conforme á la buena fe, aun independientemente del testimonio de los instrumentos, al que por otros medios prueba después del divorcio de la que fué su mujer que fué dada la dote, sin duda que tampoco perdidos los instrumentos se consideran nulos los demás indicios de prueba suministrados conforme á derecho.

Dada en Sirmio á 8 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

16. *Los mismos Augustos y Césares á EMILIO.*—No se le prohíbe á tu hermana, aun sucediendo ella á su padre intestado, que dé en dote antes de la división la porción indivisa de un fundo común.

Dada en Sirmio las Nonas de Julio, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

17. *Los mismos Augustos y Césares á SABINO.*—Vendiendo las cosas que, deducido para sí el usufruto, dió en dote tu suegra, no puede quitarte nada.

Dada en Sirmio las Nonas de Julio, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

18. *Los mismos Augustos y Césares á MENESTRATO.*—Si tu suegra donó á tu mujer un fundo deducido el usufruto, y tu mujer te dió en dote la propiedad, y tu suegra el usufruto, no se duda que habiendo fallecido tu mujer durante el matrimonio, quedó el fundo en tu poder á tenor de lo convenido entre vosotros. Porque si le dió en arrendamiento á su hija el usufruto para recibir cierta pensión anual, muerta la arrendataria, no se pudo extinguir en manera alguna el usufruto.

Dada en Sirmio á 14 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

19. *Los mismos Augustos y Césares á AQUILES.*—Puesto que expones que al darte el padre la dote por su hija pactó, que, si después de su muerte falleciese ella viviendo en el matrimonio, se le diese á Amnia la mitad de la dote, pero que des-

(1) donationem, *las mms. Pl. 1. Bg. Gl., la ed. Nbg., y Hal. en el texto; τὴν δόσιν, el Schol. Bss.*

(2) SD., *el ms. Pist., que confirma lo d más.*

(3) *Las mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Hal.; Neque mater, omitiendo el siguiente non, las ed. Schf. Russ. y las demás; pero con el texto concuerdan las Bas.*

(4) *et, las mms. Pl. 1. Gl.; una y otra palabra falta en la ed. Schf.; pero ἢ dicen las Bas.*

(5) *Las mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl.; pater etiam, Hal.; neque pater, las demás ed.; ὃ δὲ πατήρ, las Bas.*

(6) *Las mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., Hal.; ullam, las demás ed. Véase la nota anterior.*

(7) SD. III. No., *el ms. Pist.*

(8) *Ulpianae, algunos mms.*

(9) *uxori, las mms. Pl. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.; tuae, añaden las ed. Nbg. Hal. y las demás, contra las mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y la ed. Schf.*

(10) *Las mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl. Bg., y las ed. Nbg. Schf., todas las mms. de Russ., la lectura de Bobnia, según dice la glosa, y Cuyacio Obs. XVII. 6.; Res quas, Hal. y las demás; Rerum quas, conjetura Russ. al margen.*

(11) *Las mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., todas las mms. de Russ. y Cont., y la ed. Nbg.; non, las ed. Schf. Hal. y las demás.*

(12) *Las mms. Pist. Cas. Bg.; et CC., omiten las demás.*

(13) SD. XVIII., *el ms. Pist.*

cum aliis etiam Amniam heredem scripsisse, nec Amniam quidquam ex stipulatu petere velle sanxisse, si quidem hanc sibi reddi secundum fidem pacti stipulatam Amniam non probetur, ex alieno pacto (1) non prorsus ei ulla competit actio. Si vero ex (2) verborum conceptione sibi Amnia (3) quaesivit obligationem, ac tibi testatorem prospexisse probetur, contra eam ex stipulatu post eventum conditionis petentem, quatenus accepit ex defuncti voluntate quae fuit stipulata, exceptione (salva Falcidia) uti potes.

Dat. XIII. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Cons. [294—305.]

20. *Idem AA. et CC. TIBERIO* (4).—Pro oneribus matrimonii mariti lucro fructus totius dotis esse, quos ipse cepit, vel, si uxori capere donationis causa permisit, eum, in quantum locupletior facta est, posse agere, manifestissimi iuris est.

Dat. V. Kal. Mai. Sirmii (5), Caess. Cons. [294—305.]

21. *Idem AA. et CC. ad GEMINIUM*.—Si inter virum et uxorem pactum sit interpositum, ut si matrimonium intra quinquenii forte tempora quoquo modo esset dissolutum, species aestimatae doti datae pretiis, quibus aestimatae sunt, redderentur, manifestum est, non pretia specierum dari, sed ipsas species debere restitui, quum in placitis (6) specierum reddendarum idcirco pretiorum nomen videatur annexum, ne, si species aliqua deminuta fuisset aut perdit, alio pretio, quam quo taxata fuerat, posceretur (7).

Dat. Non. August. Agrippinae, Caess. Cons. [294—305.]

22. *Idem AA. et CC. LIBYANAE* (8).—Rem, quam pater in dotem genero pro filia dedit, nec recepit, alienare non potest.

Dat. V. Kal. Decemb. iisdem Caess. Cons. (9) [294—305.]

23. *Idem AA. et CC. DIOGENI*.—Si praedium uxor tua dotale venundedit, sponte nec ne contractum (10) habuerit, nihil interest, quum rei tibi quaesitae dominium auferre nolenti minime potuerit.

Dat. (11) V. Kal. Octob. Viminacii, Caess. Cons. [294—305.]

24. *Idem AA. et CC. AURELIO et LYSIMACHO*.—Si dotem marito libertae vestrae dedistis, nec eam reddi soluto matrimonio vobis in continenti pacto vel stipulatione prospexistis, hanc, culpa uxoris dissoluto matrimonio, penes maritum remansisse

pues, habiendo hecho testamento, instituyó también heredera á Amnia juntamente con otros, y dispuso que no quería que Amnia pidiese cosa alguna en virtud de lo estipulado, si verdaderamente no se probase que Amnia estipuló que aquella se le entregase á tenor de lo pactado, no le compete á ella absolutamente ninguna acción en virtud del pacto de otro. Pero si por la expresión de las palabras Amnia adquirió para sí la obligación, y se probase que el testador miró por tí, puedes (quedando salva la Falcidia) usar de excepción contra ella al pedir después del cumplimiento de la condición en virtud de lo estipulado, por cuanto recibió por la voluntad del difunto que fué estipulada.

Dada en Sirmio á 13 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

20. *Los mismos Augustos y Césares á TIBERIO*.—Es de evidetísimo derecho, que por razón de las cargas del matrimonio son de lucro del marido los frutos de toda la dote, que él mismo percibió, ó que, si por causa de donación le permitió á la mujer que los percibiera, puede él ejercitar acción por tanto cuanto se hizo más rica.

Dada en Sirmio á 5 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

21. *Los mismos Augustos y Césares á GEMINIO*.—Si entre marido y mujer se hubiera interpuesto pacto, para que si acaso dentro del término de un quinquenio se hubiese disuelto de algún modo el matrimonio, se devolviesen las cosas estimadas dadas en dote por los precios en que fueron estimadas, es evidente que no se deben dar los precios de las cosas, sino restituir las mismas cosas, porque se considera que en los pactos para la devolución de las cosas se añadió el importe del precio para esto, para que, si alguna cosa se hubiese deteriorado ó perdido, no se pidiera otro precio, sino aquel en que había sido tasada.

Dada en Agripina las Nonas de Agosto, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

22. *Los mismos Augustos y Césares á LIBIANA*.—El padre no puede enajenar la cosa que le dió al yerno en dote por su hija, y que no recobró.

Dada á 5 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los mismos Césares. [294—305.]

23. *Los mismos Augustos y Césares á DIOGENES*.—Si tu mujer vendió un predio dotal, no importa que haya celebrado espontáneamente, ó no, el contrato, porque de ningún modo te habrá podido quitar, no queriendo tú, el dominio de la cosa adquirida para tí.

Dada en Viminacio á 5 de las Calendas de Octubre, bajo el Consulado de los Césares. [294—305.]

24. *Los mismos Augustos y Césares á AURELIO y á LISIMACO*.—Si disteis dote al marido de vuestra liberta, y no procurasteis con pacto ó estipulación que se os devolviera inmediatamente, disuelto el matrimonio, fué constante, que, disuelto el ma-

(1) facto, el ms. Pl. 1.

(2) ea, inserta erradamente Cont. 71. Char. Pac. Sp.

(3) Amnia, omiteña los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.

(4) Querio, Querino, algunos mms.

(5) SD. V. K. oct., el ms. Pist.

(6) placito, los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.

(7) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; reposceretur, las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(8) Polubianae, Polivianae, Populianae, algunos mms.

(9) SV. V. K. oc. cc. cxx., el ms. Pist.

(10) Los mms. Pl. 1. Bg., Hal. Russ. Cont. 62., Cuyacio Obs. XVII. 6.; ratum, añaden el ms. Pl. 2., y las demás ed.; pero συναλλαγμα εσχυσ, el Schol. Bas.

(11) SD., el ms. Pist.

constitit (1), licet eam ingratham circa vos fuisse ostenderitis.

Dat. VI. Kal. Novemb. Antiochiae, Caess. Conss. [294—305.]

25. *Idem AA. et CC. EUTYCHIANO.*—Si mulier dotem a viro dari stipuletur, ut de ea testari possit, quum ordinationis testamenti cogitatio mortis antecedens tempus significat (2), nec conditionem, sed causam continet, intestata quoque muliere defuncta, stipulationem committi proficiet (3).

Dat. III. Id. Novemb. Antiochiae, Caess. Conss. [294—305.]

26. *Idem AA. et CC. DEMOSTHENI.*—Si genero dotem dando pro filia pater communis eam reddi tibi, extraneo constituto, stipulatus est, nec sibi, cessante voluntate, nec tibi, prohibente iure, quaerere potuit actionem.

Dat. VI. Kal. Ian. ipsis Caess. et Conss. [294—305.]

27. *Idem AA. et CC. POMPEIANO.*—Licet dos iure penes maritum remanserit, pro rebus tamen hereditariis successores, non maritus quondam, solemnibus pensationibus parere debent.

S. VI. (4) Kal. Ianuar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

28. *Imp. ZENO A. AELIANO P. P.*—Mulier in minore aetate constituta dotem marito, consentiente generali vel speciali curatore, recte dare et exigi (5) potest, licet ipse tempore creationis fideiusorem in minorem (6), quam dos est, quantitatem dicitur praestitisse. Hoc idem observatur et si minor ante nuptias donationem consentiente, ut dictum est, curatore fecerit.

Dat. Kal. Ian. BASILIO V. C. Cons. (7) [480.]

29. *Imp. IUSTINIANUS A. MENNAE P. P.*—Ubi adhuc matrimonio constituto maritus ad inopiam sit deductus, et mulier sibi prospicere velit resque sibi suppositas pro dote et ante nuptias donatione rebusque extra dotem constitutis tenere, non tantum mariti res ei tenenti et super his ad iudicium vocatae exceptionis praesidium ad expellendum ab hypotheca secundum (8) creditorem praestamus, sed etiam, si ipsa contra detentatores rerum ad maritum suum pertinentium super iisdem hypothecis aliquam actionem secundum legum distinctionem moveat, non obesse ei matrimonium adhuc constitutum sancimus, sed ita eam posse easdem res vindicare vel a creditoribus posterioribus, la ed. Schf.

trimonio por culpa de la mujer, quedara aquélla en poder del marido, aunque hubiereis probado que fué ingrata para vosotros.

Dada en Antioquía á 6 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

25. *Los mismos Augustos y Césares á EUTYCHIANO.*—Si la mujer estipulase que el marido le diese la dote para que de ella pudiera testar, como el pensamiento de la ordenación del testamento significa un tiempo que antecede á la muerte, y no contiene una condición, sino una causa, también habiendo muerto intestada la mujer aprovechará que se cumpla la estipulación.

Dada en Antioquía á 3 de los Idus de Noviembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

26. *Los mismos Augustos y Césares á DEMOSTHENES.*—Si al darle al yerno la dote por su hija estipuló tu padre común que aquélla se te restituyera á tí, hecho persona extraña, ni pudo adquirir acción para sí por faltar la voluntad, ni para tí, por prohibirlo el derecho.

Dada á 6 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los mismos Césares. [294—305.]

27. *Los mismos Augustos y Césares á POMPEYANO.*—Aunque por derecho hubiere quedado en poder del marido la dote, deben, sin embargo, los sucesores, no el que fué marido, pagar las contribuciones públicas por los bienes de la herencia.

Sancionada en Sirmio á 6 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

28. *El Emperador ZENÓN, Augusto, á ELIANO, Prefecto del Pretorio.*—Siendo de menor edad la mujer puede dar válidamente la dote á su marido, y se le puede exigir á ella, consintiéndolo el curador general ó especial, aunque se diga que éste fué fiador al tiempo de su nombramiento por menor cantidad de la que importa la dote. Esto mismo se observa también si un menor hubiere hecho donación antes de las nupcias, consintiéndolo, como se ha dicho, el curador.

Dada las Calendas de Enero, bajo el consulado de BASILIO, varón esclarecido. [480.]

29. *El Emperador JUSTINIANO, Augusto, á MENNA, Prefecto del Pretorio.*—Cuando subsistiendo todavía el matrimonio el marido hubiera sido reducido á la pobreza, y la mujer quisiera mirar por sí y tener los bienes que se le obligaron por la dote y por la donación de antes de las nupcias y por los bienes constituídos fuera de la dote, no solamente concedemos á la que tenga los bienes del marido, y por ellos sea llamada á juicio, el auxilio de excepción para repeler de la hipoteca á un segundo acreedor, sino que también mandamos, que si ella misma promoviera contra los detentadores de los bienes pertenecientes á su marido alguna acción sobre las mismas hipotecas

(1) consistit, el ms. Pl. 1.

(2) significat, y después continet, los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; significet—contineat, Russ. y los demás.

(3) prospiciet, Russ. al margen; pero *ποιστ*, el Schol. Bas.

(4) SD. VI., el ms. Pist.

(5) Los mms. Bg. Gt., Russ. al margen, y los antiguos mms. de Cont.; exigere, los mms. Pl. 1. 2., y las ed.; pero con el texto Cuyacio Obs. XVI. 14., y las Bas.

(6) minore, y después quantitate, los mms. Pl. 1. 2., Cont. 62.

(7) Ley 9. C. II. 22., Cuyacio Obs. XVI. 14.; Basilio (Basilio) II. et Armatio (Armato) Conse., Hal. y los demás.

(8) secundum, omítienla los mms. Pl. 2. Gt., y también el ms. Pl. 1. antes de la emtenda; ad expell. posteriorem in hypothecae temporibus, la ed. Schf.

ribus vel ab aliis, qui non potiora iura legibus habere noscuntur, ut potuissent, si matrimonium eo modo dissolutum esset, quo dotis et ante nuptias donationis exactio ei competere poterat; ita tamen, ut eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi vivente marito et matrimonio inter eos constituto, sed fructibus earum ad sustentationem tam sui quam mariti filiorumque, si quos habet, abutatur (1). Creditoribus scilicet mariti contra eum eiusque res, si quas postea (2) forte acquisierit, integra sua iura habentibus; ipsis etiam marito et uxore post matrimonii dissolutionem super dote et ante nuptias donatione pro dotialium instrumentorum tenore integro suo iure potituris.

Dat. III. Id. Decemb. Dn. IUSTINIANO A. II. Cons. [528.]

AUTHENT. de aequalitate dotis. § Illud. (Nov. 97. c. 6.) — Donationem quoque propter nuptias in hoc casu constante matrimonio vindicare potest.

30. *Idem A. DEMOSTHENI P. P.*—In rebus dotalibus, sive mobilibus sive immobilibus seu se moventibus, si tamen exstant, sive aestimatae sive inaeestimatae sint, mulierem in his vindicandis omnem habere post dissolutum matrimonium praerogativam (3), et neminem creditorum mariti, qui anteriores sunt, posse sibi potiore causam in his per hypothecam vindicare, quam eadem res et ab initio uxoris fuerant (4), et naturaliter in eius permanserunt (5) dominio. Non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti videtur (6) fieri, ideo rei veritas deleta vel confusa est. Volumus itaque, eam in rem actionem quasi (7) in huiusmodi rebus propriis habere, et hypothecariam omnibus anteriorem possidere, ut sive ex naturali iure eiusdem mulieris res esse intelligantur, vel (8) secundum legum subtilitatem ad mariti substantiam pervenisse (9), per utramque viam, sive in rem sive hypothecariam, ei plenissime consulatur. Omnis autem temporalis exceptio, sive per usucapionem inducta, sive per decem sive per viginti annorum curricula (10), sive per triginta vel quadraginta annorum metas, sive ex alio quocunque tempore maiore vel minore (11) introducta, mulieribus (12) ex eo tempore (13) opponatur, ex quo possint actiones movere, id est, opulentis quidem maritis constitutis, post dissolutum matrimonium, minus autem idoneis, ex quo hoc

conforme á la distinción de las leyes, no le perjudique el matrimonio todavía subsistente, sino que pueda ella reivindicar los mismos bienes ó de acreedores posteriores, ó de otros, que se conoce que no tienen por las leyes derechos preferentes, á la manera que habría podido, si el matrimonio se hubiese disuelto de modo que podía competirle á ella la exacción de la dote y de la donación de antes de las nupcias; pero esto de suerte, que la misma mujer no tenga facultad alguna para enajenar aquellos bienes viviendo el marido y subsistiendo entre ellos el matrimonio, sino que se utilice de los frutos de aquéllos, tanto para su mantenimiento, como para el de su marido y el de los hijos, si los tiene. Conservando, por supuesto, íntegros sus derechos los acreedores del marido contra éste y contra sus bienes, si acaso hubiere adquirido después algunos; y habiendo de conservar también los mismos, marido y mujer, después de la disolución del matrimonio, íntegro su derecho sobre la dote y la donación de antes de las nupcias á tenor de los instrumentos dotales.

Dada á 3 de los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado del señor JUSTINIANO, Augusto. [528.]

AUTÉNTICA de aequalitate dotis. §. Illud. (Nov. 97. c. 6.)—También puede reivindicar en este caso, durante el matrimonio, la donación hecha por causa de las nupcias.

30. *El mismo Augusto á DEMÓSTENES, Prefecto del Pretorio.*—Respecto á los bienes dotales, ora muebles, ora inmuebles ó semovientes, con tal que existan, ya si hubieran sido estimados, ya si inestimados, mandamos que para su reivindicación tenga la mujer después de disuelto el matrimonio toda clase de prerrogativa, y que ninguno de los acreedores del marido, que sean anteriores, pueda reivindicar para sí por medio de hipoteca mejor causa sobre ellos, porque los mismos bienes habían sido de la mujer en un principio, y permanecieron naturalmente en su dominio. Pues no porque por sutileza de las leyes se considera que pasaron al patrimonio del marido, se ha destruído ó confundido la verdad de la cosa. Así, pues, queremos que tenga ella acción real como sobre tales bienes propios, y que posea la hipotecaria preferente á todos, para que, ya se entienda que por derecho natural son de la misma mujer los bienes, ya que conforme á la sutileza de las leyes entraron en la hacienda del marido, se atiende plenísimamente al interés de ella por una y otra vía, ora por la acción real, ora por la hipotecaria. Mas cualquier excepción temporal, ó producida por la usucapion, ó por el transcurso de diez ó de veinte años, ó por el término de treinta ó de cuarenta años, ó introducida en virtud de otro cualquier tiempo mayor ó menor, opóngaseles á las mujeres desde el tiem-

(1) utatur, Hal. Russ. Cont. 62. Bk. contra todos los mms. de Russ. y Cont. y los nuestros.

(2) postea, omitenla las ed. Nbg. Hal.

(3) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y Cont. y la ed. Schf.; inbemue, añaden las ed. Nbg. Hal. y las demás, pero contra el Schol. Bas.

(4) Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; fuerunt, el ms. Pl. 1.; fuerint, Russ. y los demás.

(5) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; permanserint, Russ. y los demás.

(6) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; videatur, las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(7) Los mms. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; quasi, la colocan después de rebus, el ms. Pl. 2., Russ. y los demás; pero con el texto el Schol. Bas.

(8) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; sive, Russ. y los demás.

(9) Los mms. Pl. 1. Bg., todos los mms. de Russ. y Cont., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; videantur (videatur), añaden Russ. y los demás, también contra el Schol. Bas.

(10) metas, omitiendo sive per trig. vel quadrag. annor. metas, el ms. Pl. 1.; estas mismas palabras faltan en Hal., y dice Russ. al margen que se omiten en todos los códices; pero observa Cont. al margen que faltan en algunos; vel quadrag., faltan en la ed. Nbg.; pero con el texto concuerdan las Bas.

(11) Los mms. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.; sit, insertan el ms. Pl. 2., Hal. y los demás.

(12) Los mms. Bg. Gt.; et mulier., el ms. Pl. 2.; ea mulier., las ed.

(13) tempore, omitenla los mms. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.; maiore vel min.—temp., faltan en el ms. Pl. 1.

infortunium eis illatum esse claruerit, quum constante etiam matrimonio posse mulieres contra maritorum parum idoneorum bona hypothecas suas exercere iam nostra lege humanitatis intuitu definitum est (1); ficti divortii falsa (2) simulatione (3) in huiusmodi causa, quam nostra lex amplexa est, stirpitus eruenda.

Recitata Septimo (4) in novo consistorio palatii Iustiniani. Dat. III. Kal. Novemb. DECIO V. C. Cons. [529.]

31. *Idem A. IULIANO P. P.*—Quum quidam dotes pro mulieribus dabant, sive matres sive alii cognati vel (5) extranei, recte quidem eas mariti sine monumentorum observatione suscipiebant. Quum autem mulier redhibitionem casus stipulabatur, et huiusmodi fortuitus casus evenisset, ipsa mulier, utpote a se non facta donatione, propter hoc, quod monumenta deerant, necessitatem habebat actiones in huiusmodi casu (6) ad eum, qui dotem dedit, per cessionem transferre, vel ipsas res reddere; et ita inveniebatur forsitan post prolixa matrimonii annorum curricula et liberos forte editos infelix mulier indotata. Sancimus itaque, in omnibus huiusmodi casibus nullis monumentis rem indigere, sed in omni persona (7) ratas esse huiusmodi donationes, et mulierem dotem suam ipsam habere, quum fortuitus casus hoc lucrum ei addiderit (8), et firmiter hoc apud (9) eam permanere, nisi ipse, qui ab initio dotem dederit (10), sibi dari (11) huiusmodi casum stipulatus est (12). Tunc etenim, quum neque ab initio suspicio aliqua liberorum concurrat, sed sibi omnem rem ille, qui dotem dedit, pepigerit, huiusmodi tractatus habere locum non potest. Atqui in aliis omnibus casibus, in quibus ipse non est stipulatus, tristitiae suae mulier hoc proprium habeat solatium, per actionem dotis.

§ 1.—Similique (13) modo si quis extraneorum (id est qui eum, pro quo dat, non in potestate habeat) pro alio ante nuptias donationem nupturae mulieri dedit (14), et necessaria monumenta adhibuerit, quum excedat summam legitimam donatio, vel non minor materfamilias nuptura sit, non solum ad eam, cui ante nuptias donatio datur, monumenta suam habeant (15) firmitatem, sed etiam ad illum, pro quo dedit, ut, si lucrum ei ex dotalibus pactis accesserit, hoc non cedat donatori, sed in suum lucrum hoc maritus convertat firmumque et irrevocabile habeat, nisi donator et hic (16) sibi

po en que puedan ejercitar sus acciones, esto es, siendo ciertamente ricos sus maridos, después de disuelto el matrimonio, pero no siendo solventes, desde que se hubiere visto que les sobrevino este infortunio, puesto que ya se ha establecido por consideración de humanidad en una ley nuestra que aun durante el matrimonio pueden las mujeres ejercitar sus acciones hipotecarias contra los bienes de sus maridos poco abonados; debiéndose extirpar de raíz la falsa simulación de un fingido divorcio en este caso, que comprendió nuestra ley.

Recitada en Septimo en el nuevo Consistorio del palacio de JUSTINIANO. Dada á 3 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

31. *El mismo Augusto á JULIANO, Prefecto del Pretorio.*—Cuando algunos, ora las madres, ora otros cognados ó extraños, daban dotes por las mujeres, las recibían á la verdad válidamente los maridos sin la observancia de actuaciones. Mas cuando la mujer estipulaba la restitución para cierto caso, y llegaba semejante caso fortuito, tenía la misma mujer, como si la donación no hubiera sido hecha por ella, y por esto, porque faltaban las actuaciones, necesidad de transferir por cesión en semejante caso sus acciones á aquel que dió la dote, ó de devolver las mismas cosas; y así resultaba indotada la infeliz mujer, acaso después de largo transcurso de años de matrimonio y quizá luego de haber tenido hijos. Mandamos, por lo tanto, que en ninguno de estos casos el acto necesite de ningunos documentos, sino que tales donaciones sean válidas respecto á toda clase de persona, y tenga la mujer su misma dote, cuando el caso fortuito le hubiere producido este lucro, y quede éste firmemente en poder de ella, salvo si el mismo que en un principio hubiere dado la dote estipuló semejante caso para que se le diese á él. Porque entonces, cuando desde un principio no concurre sospecha alguna de hijos, pero el que dió la dote hubiere pactado toda la cosa para sí, no puede tener lugar semejante resolución. Mas en todos los demás casos en que el mismo no estipuló, tenga la mujer por la acción de dote este propio consuelo de su tristeza.

§ 1.—Y del mismo modo, si algún extraño, (esto es, que no tenga bajo su potestad á aquel por quien la dá), dió por otro á la mujer que se había de casar la donación de antes de las nupcias, y hubiere otorgado los documentos necesarios, cuando la donación exceda de la suma legal, ó se hubiera de casar una madre de familia que no sea menor, tengan los documentos su propia validez, no solamente respecto á aquella á quien se le da la donación antes de las nupcias, sino también respecto á aquel por quien la dió, de suerte que, si le correspondiere lucro en virtud de los pactos dotales, no

(1) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; sit, Russ. y los demás.

(2) facta, el ms. Pl. 2.

(3) El ms. Pl. 1.; dissimulatione, los demás mms. y ed.

(4) Cuyacio Obs. XX. 3.; septimiliario, Cont. al margen; eoptiae, Hal. y los demás.

(5) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.; sive, las ed. Schf. Russ. y los demás.

(6) actionem (acciones) huiusmodi casus, el ms. Pl. 2., y la ed. Schf.

(7) in omnes personas, los mms. Pl. 2. Gt., Hal.

(8) addixerit, el ms. Pl. 1.

(9) ad, los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf., en la cual se lee después pertinere.

(10) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.; dedit, Hal. y los demás.

(11) Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.; in, insertan las ed. Nbg. Hal. y los demás.

(12) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; sit, Russ. y los demás.

(13) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62., Simili quoque, las ed. Schf. Cont. 66. y los demás.

(14) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.; dederit, Hal. y los demás.

(15) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; adhibeant, las ed. Nbg. Hal. y los demás.

(16) Los mms. Pl. 1. Bg.; hoc, el ms. Pl. 2., y las ed.

reddi huiusmodi casum (1) fuerit stipulatus, ne et in praefato casu simile anteriori vitium oriatur. Sin autem minor quantitas sit, vel ita res gesta sit, ut monumentorum ex omni parte nulla sit utilitas, et tunc (2) donatio ad utramque personam valeat, et maritus casum (3) lucretur, nisi et hic donator eum (4) stipulatus sit.

§ 2.—Praeterea sancimus, si quis in dotem vel praedia vel certum redditum vel aedes vel panes civiles sponderit vel promiserit, si ex tempore matrimonii biennium transactum sit, illico redditum vel pensionem nec non panis civilis quaestum eum praestare, etiamsi non fuerint adhuc res principales traditae; et si tota dos in auro sit, itidem post biennium usuras usque ad tertiam partem (5) centesimae praestari. Sin autem aliae res praeter immobiles vel aurum (6) fuerint in dote (7), sive in argento, sive in muliebribus ornamentis, sive in veste, sive in aliis quibuscunque, si quidem aestimatae fuerint, simili modo post biennium et earum usuras ex tertia parte (8) centesimae currere (9); aestimatione earum, quia et hoc apertius declarare (10) oportet, ea intelligenda (11), quae pro singulis speciebus facta est vel pro unoquoque genere (12) dotarium specie-rum, id est pro argento (13) vel ornamentis vel veste aliisque (14) speciebus, et non esse expectandam post singulas aestimationes unam coadunationem totius calculi, quod satis scrupulosum et per nimiam subtilitatem perniciosum est. Sin autem minime res mobiles fuerint aestimatae, ea post biennium observari, quae leges post litem contestatam pro omnibus huiusmodi rebus definiunt. Sin vero res permixtae fuerint, et partim in auro, partim in aliis rebus mobilibus vel immobilibus, pro iam facta divisione omnia procedere, licentia minime deneganda marito, quando voluerit, dotem petere, ne (15) is, qui debet, putet sibi licentiam esse, redditus vel pensiones vel usuras vel alias (16) accessiones solventi, dotis solutionem protelare; sed, sive ante biennium sive postea voluerit, dotem pars mariti petere (17) queat, et secundum leges eam exigere.

Dat. XII. Kal. April. LAMPADIO et ORESTA
VV. CC. Conss. [530.]

(1) *Los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.; casu, el ms. Pl. 2., y las demás ed.*

(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; tunc et, Russ. y las demás.*

(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.; caneam, las demás.*

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.; eum sibi, la ed. Schf.; eam sibi, Russ. y los demás.*

(5) *partem, omitela Hal.; pero έως τρίτου μέρους, el Schol. Bas.*

(6) *vel in auro, el ms. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*

(7) *El ms. Bg. antes de la corrección, el ms. Gt., y la ed. Schf.; fuer. in dotem, los mms. Pl. 1. 2.; fuer. in dotem datae, las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero εἰσὶν ἐν προυκτ., el Schol. Bas.*

(8) *parte, omitela Hal.; ἐκ τρίτου μέρους, el Schol. Bas.*

(9) *concurrere, los mms. Pl. 1. 2., y la ed. Schf.*

ceda esto á favor del donante, sino que el marido lo convierta en su propio lucro y lo tenga firme é irrevocable, salvo si el donante también aquí hubiere estipulado semejante caso para que se le devuelva, á fin de que no surja también en dicho caso un inconveniente análogo al anterior. Mas si fuera menor la cantidad, ó la cosa se hubiera hecho de modo que respecto á todas las partes fuera nula la utilidad de las actuaciones, también entonces sea válida la donación respecto á una y á otra persona, y el marido obtenga en este caso el lucro, salvo si también aquí el donante lo hubiera estipulado.

§ 2.—Además de esto mandamos, que si alguno hubiere ofrecido ó prometido en dote predios, ó una cierta renta, ó casas, ó panes civiles, si hubiera transcurrido un bienio desde el tiempo del matrimonio, pague desde luego el beneficio de las rentas, ó de las pensiones, y también de los panes civiles, aunque todavía no se hayan entregado los bienes del capital; y si toda la dote consistiera en oro, pague asimismo después de un bienio intereses hasta la tercera parte del uno por ciento mensual. Mas si hubiere en la dote otros bienes además de los inmuebles ó del oro, ora en plata, ora en adornos de mujer, ora en vestidos, ora en otras cosas cualesquiera, si verdaderamente hubieren sido estimados, corran de igual modo después de dos años también los intereses de los mismos á razón de la tercera parte del uno por ciento mensual; debiéndose entender como estimación de los mismos, porque también esto conviene declararlo más terminantemente, la que se hizo por cada cosa, ó por cada clase de bienes dotales, esto es, por la plata ó por los ornamentos, ó por los vestidos y las otras cosas, sin que se haya de esperar después de cada estimación una sola suma de todo el importe, lo que es bastante escrupuloso y por demasiada sutileza pernicioso. Mas si los bienes muebles no hubieren sido en manera alguna estimados, obsérvese después de un bienio lo que las leyes establecen después de contestada la demanda respecto á todos los bienes de esta clase. Pero si los bienes estuvieren mezclados, y en parte consistiesen en oro, y en parte en otros bienes muebles ó inmuebles, proceda todo con arreglo á la división ya hecha, no habiéndose de denegar en manera alguna al marido licencia para pedir la dote, cuando quisiere, de suerte que el que la debe no crea que tiene facultad para diferir el pago de la dote, pagando las rentas, ó las pensiones, ó los intereses, ó las otras acciones; sino que pueda la parte del marido pedir la dote, y cobrarla conforme á las leyes, ya lo hubiere querido antes del bienio, ya después.

Dada á 12 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTA, varones esclavos. [530.]

(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; declarari, Russ. y los demás.*

(11) *sed aestimationem ear.—eam intelligendam, Hal., también contra el Schol. Bas.*

(12) *genere, omitela Bk., por errata.*

(13) *pro auro et arg., el ms. Bg.; pero e Schol. Bas. también dice ὑπὲρ ἀργύρου.*

(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; vel aliis, las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero καὶ τῶν ἄλλων, el Schol. Bas.*

(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.; nec, las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero ἴνα μὴ, el Schol. Bas.*

(16) *aliae, omitela las ed. Nbg. Hal.; pero el Schol. Bas. también dice ἢ ἄλλας προσθήκας.*

(17) *Después de petere puntian, suprimida la coma después de voluerit, Hal. Russ. Bk.*